

Palatium habet principale cum horto & Labyrintho singularis artificii: *Halla* Brabantia finibus contermina: *Bouchain* municipium est situm ad ripam Scaldis fl. inter *Cameracum* & *Valencenas*, exstructum a *Pepino* in memoriam nobilis victoriae quam hoc loco retulit ab exercitu *Theodorici Gothorum Regis*: *Quercetum* (*Quesnoy* Opidulum est, tertio lapide a *Valencena*, mercimoniis nobilitatum: *Bellus Mons* (*beaumont*) Opidulum perelegans, a te nomen habet. *Philippopolis* (*Philippe-Ville*) a Rege *Philippo*; *Maria-burgum* a Regina *hungariae Maria*, nomina habent: loca munitissima ad Gallos reprimendos condita. *Bavacum*, (*Gallice Bavais*) quod nonnulli *bagacum* vel *bagacum* Ptol. esse arbitrantur: nonnulli illud *Belgium* *Cæsari* in *Commentariis* dictum volunt: sed refelluntur ab iis, qui in *Bellovacis* seu *Picardiae* quodam loco firmioribus argumentis eandem collocant. Sunt & *Maubeuge*, *Bins*, *Reux*, *Soigny*, *Braine le Conte*, *Engien*, *Lessine*, *Chevre*, *At*, *S. Guillein* & *Lenze*, *Pagi* sunt praeterea *CCCL*, quorum plerique omnes pulcri, amoeni, opulenti, *Regio* *Lacubus*, *Stagnis*, *Fontibus*, ac *Fluminibus* undique irrigua; *fluminibus* *Scaldi*, *Sambra*, *Tenera*, *Hania*, & aliis. *Silvas* habet & *Nemora* admodum iucunda; praecipua vero sunt *Mormau*, & *S. Amandi*. Porro *Respublica* *Valencena* tanta prudentia constituta, & tam bonis legibus ornata est, ut *Noribergenses* ad ejus exemplum celeberrimam suam *Respublicam* voluerint componere, missis ad hanc rem aliquot viris prudentibus; quod & *Romanos* fecisse accepimus in *Rep. Atheniensis*. Proinde non est mirum si ex tam proclara *Politia* orti fuerint *Cives* per universum *Orbem* virtute celebres; inter quos primas ferunt, *Henricus VII* *Imperator*, *Dux Lutzenburgicus*; *Maria* *Filia* *unica* & *Heres* *Caroli Audacis*, *Avia* *Caroli V*. *Ioannes Froisardus*, *Historicus Nobilissimus*, qui etiam hoc ipsum initio sui operis testatus est.

Status *Politicus* *Hannoniae* v constat *Membris*, quae sunt, *I* *Pares* *xii*. videlicet *Longueville*, *Lens*, *Filly*, *Chievre*, *Avesne*, *Chimay*, *Levreux*, *Barbançon*, *Baudour*, *Rebaux*, *VValecourt*. *I* *Prælati* *Ecclesiastici* nimirum *Abbas* & *Comes* *I*, *S. VVauldrur*. *Abbates* *xxvi*, *S. Guislain*, *Marchennes*, *Cambron*, *Hafnon*, *Marville*, *Ancin*, *Haultmot*, *Liesly*, *S. Denys*, *Vicogne*, *Feyllien*, *Crespin*, *Bonne esperance*, *S. Jean*, *S. Aldegonde*, *Geilenghien*, *Spinken*, *Ats*, *Fontenelle*, *Beaumont*, *Denain*, *Quesnoy*, *VVatiebraine*, *Lolive*, *Billiay*, *Leture*: & *Collegia* *Canonicorum*, *iii* *Nobiles* in quo sunt *Principatus* *unus*, *Chimay*; *Comitatus* *x*, *Lalain*, *Beaumont*, *Ostervant*, *cujus* *Civitas* *primaria* est *Bouchain*, *Barbançon*, *Avesne*, *Barlaymont*, *Boussu*, *Montigny*, *Reux*, *Terrache*, *Baronia* *xxii*, *Enghien*, *Lenze*, *Havre*, *Ligne*, *Anjaing*, *Vuerchin*, *Fontaine*, *Havaide*, *Kimrain*, *Barlaymont*, *Ville*, *Gomegnie*, *S. Aldegonde*, *senzelle*, *Conder*, *Haurdain*, *Belleule*, *Eugneille*, *Bousie*, *Roefin*, *Frasne*, *Harchies*. *Marescallus* *unus*; *Senescallus* *unus*; *Venator Magnus* *unus*; *Camerarius* *perpetuus* *unus*. *iv* *Officia* *Ordinaria* (*Castellaniae* opinor) *Valenchene* etc, *v* *Civitatum* *Communitas*.

Restat *NAMURCI COMITATUS*. Hic situs est inter *Brabantiam* *Hannoniam* & *Leodiensem* *Dioecesis*: exiguo territorio & montoso, sed peramæno. Aërem habet salubrem & temperatum. Solum ferax *Rerum* quibus ad sustentationem sui vita humana indiget. Habet & *Ferri* *Plumbique* *Fodinas*. & *Latomias*, in quibus varii generis saxa excinduntur, atque imprimis *Marmora* subnigra, & quae *laspidem* referunt. Neque

Lacus.  
Flumina.  
Silva.

Namurci Co-  
mitatus.  
Cultus imperia.